



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Cultu Sacrosancti Cordis Dei Ac Domini Nostri Jesu Christi

Galliffet, Joseph de

Romae, M.DCCXXVI.

Epistola Serenissimi Regis Poloniae ad Summum Pontificem Benedictum  
XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45817](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45817)

stolicæ Potestatis plenitudine, ad vota expectantis populi FESTUM SANCTISSIMI CORDIS JESU, cum officio proprio, & Missa, pro universali Ecclesia instituere decreverit. Quam gratiam Cordi divino sine dubio acceptissimam, quum a SANCTITATIS VESTRÆ clementia, supplicibus imploro votis, pro longæva incolumitate SANCTITATIS VESTRÆ, ejusque felicissimo regimine divinam Majestatem exoro SANCTITATIS VESTRÆ obedientissimus exorator & humillimus servus,

CONSTANTINUS SZANIAVSKI.  
Cracoviæ. 6. Maji 1726.

## EPISTOLA

Serenissimi Regis Poloniæ ad Summum Pontificem  
BENEDICTUM XIII.

*Sanctissimo ac Beatissimo in Christo Patri ac Domino  
Domino BENEDICTO divina Providentia Pa-  
pæ ejus Nominis XIII. Sacrosanctæ Romane ac  
Universalis Ecclesiæ Pontifici Maximo Domino  
Clementissimo.*

SANCTISSIME, ac BEATISSIME in  
Christo PATER Domine Domine Clementissime.

**P**ost oscula beatorum pedum SANCTITA-  
TIS VESTRÆ, mei, Regnique ac dominiorum

V v 2 meo-

156 DE CULTU SACROSANCTI  
meorum humillimam commendationem. Cum Re-  
gnum meum peculiari patrocínio & protectione fan-  
ctissimi CORDIS JESU fruatur, quod speciali cultu  
ac singulari devotione tum ego, tum Gens tota Po-  
lona prosequimur, supplicandum esse duxi S A N-  
CTITATI VESTRÆ, ut non solum ad meum  
subditorumque meorum spirituale solatium, verum  
etiam ad ædificationem Christi fidelium aliarum Re-  
gionum, hujusmodi devotionem statuere & suprema  
authoritate sua ad totum orbem extendere velit. Ete-  
nim quum BEATITUDO VESTRA humil-  
limæ supplicationi meæ clementissime annuere di-  
gnata fuerit, coelestes benedictiones mihi, Regnoque  
meo, ejusdem sanctissimi CORDIS patrocínio profecto  
sperare licebit. Ego vero tanto beneficio auctus diu-  
turnum ac felix Christiani orbis regimen S A N C T I-  
TATI VESTRÆ apprecari non prætermittam.  
Ac interim filiali cum observantia maneo. Daban-  
tur Varsoviæ. Die xv. mensis Maji. Anno Domini  
M. DCCXXVI. Regni vero mei anno XXIX. S A N-  
CTITATIS VESTRÆ obedientissimus Filius.

AUGUSTUS Rex Polonie.

DE